



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Deus irascitur contra quatuor genera hominum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

*Dominicum diem non obser-  
uantes tripliciter  
peccant.*

**P**Rimo, quia mundus creatus est in die dominico, ideo peccat in patrem, cuius potentia creatus est. Secundo, quia in die dominico pro nobis nasci uoluit, & resurgere a mortuis, ideo peccat in filium. Tertio, quia in die dominico spiritum sanctum in discipulos misit, ideo peccat in spiritum sanctum.

*Deus irascitur contra qua-  
tuor genera ho-  
minum.*

*Isa, 5,* **P**Rimo, contra eos, qui legem dei spernunt. Vnde Isaias dicebat. Abiecerunt enim legem Dei exercituum, & eloquium sancti Israel blasphemauerunt. ideo iratus est furor domini in populum suum, & extendit manum suam super eum. Secundo, contra eos, qui in peccatis usque ad finem persistunt. Isaias ait. Ecce tu iratus es, peccauimus, & impij fuimus semper. Tertio contra eos,

eos, qui temporalibus diuitiis abutun-  
tur. Vnde Zacharias ait. Irascor ego  
super gentem opulentam, &c. Quar-  
to, super eos, qui proximis non com-  
patiuntur. Iacobus ait. Iudicium sine  
misericordia ei, qui non fecit miseri-  
cordiam.

Zac, 11

Iac, 2.

*Dimittere debemus delinquen-  
tibus propter tria.*

**P**rimo, propter Dei uolunta-  
tem, quæ potest cognosci dua-  
bus rationibus. Prima per eius  
mortem; ipse enim mori uoluit, ut  
nobis dimitteret. Vnde Paulus ad Ti-  
tum dicebat. Dedit semetipsum pro  
nobis, ut redimeret nos ab omni ini-  
quitate, & mundaret sibi populum ac-  
ceptabilem, &c. Et Augustinus. Vide  
redemptoris supplicium & remitte re-  
dempti hominis delictum. Secunda  
propter sui comminationem. Matt. 3.  
serue nequam omne debitum dimisi-  
tibi, &c. Secundo debemus dimitte-  
re propter nostram utilitatem, quæ  
duplex est. Prima, quia si dimiserimus  
pro Christo, dimittet & nobis. Matt.  
5. Si dimiserimus hominibus peccata  
eorum, dimittet & nobis Deus pecca-  
ta nostra, &c. Secunda quia si dimise-

Tit, 2.

Augus

Mat, 3.

Matt, 5.

H